

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Archiwum Archidiecezjalnego w Gnieźnie, sygn. 104, k. 83v–84v

Odczyt: Maciej Mikuła, *Prawo miejskie magdeburskie (Ius municipale Magdeburgense) w Polsce XIV – pocz. XVI w. Studium o ewolucji i adaptacji prawa*, Kraków 2018, s. 317

Artykuł 1

[1] Incipitur de Cesare Ottone, qui fundavit templum in Meydeburc.

·I· Cesar^a Otto Rufus [k. 84] fundavit templum in Meydeburc et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos ac consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, dum eliguntur, ius ac profectum et honorem custodire et agere, quanto caucius ac melius sciant aut possunt, cum consilio ac iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum seniorum consensu. Consules eciam habent potestatem iudicandi [/] super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac coretos iniustos et cuiuslibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Sclavicas marcas, qui [s] faciunt triginta sex solidos. Qum consules suum conventum exponunt, extunc quitquit ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, quod iuri. Divino non contradicit, firmum et inviolabiliter debet observari. Et quicumque violaverit, hoc consules habent agere. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, cum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Sin autem conventus [k. 84v] sibi pronunciatus fuerit, demeretur quinque solidos.

^a ozdobny inicjał C wysokości 6 wersów, rysunek głowy

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]